

⟨Johann Schlötpacher⟩²⁾ an NvK. Er hege seit langem Zweifel, ob die Instruktionen, die der Kardinal den Visitatoren der Benediktinerklöster mitgegeben habe, nicht zu streng seien, selbst für die reformbereiten Konvente. Es werde nicht genügend zwischen reformwilligen und -unwilligen Klöstern unterschieden und zu wenig auf die unterschiedlichen Voraussetzungen und konkreten Bedingungen in den einzelnen Niederlassungen Rücksicht genommen, so dass die angedrohten Strafen auch Mönche treffen, die streng die Regel beachten oder die nur aus Unwissenheit oder Nachlässigkeit gegen sie verstoßen. Daher bitte er NvK um Abmilderungen und die Erlaubnis, die Anweisungen großzügig zu interpretieren. Denn oft erwachse aus zu strenger Beachtung des Rechtes Schaden, da wahre Gerechtigkeit stets die Verhältnismäßigkeit beachten müsse.

Kopie (gleichzeitig): BASEL, UB, Hs. A VIII 59 f. 355^v-357^v (= B); MELK, StB, Hs. 1093 (423/H 41) p. 429-431 (= Me; zur Hs. s.o. Nr. 2800); MÜNCHEN, StB, Clm 4403 f. 229^r-230^r (= M₁; zur Hs. Catalogus I 2, 189); MÜNCHEN, StB, Clm 19608 f. 24^r-25^v (= M₂; zur Hs. Catalogus IV 3, 258f.; Hallauer, *Habent sua fata* 54 Anm. 6); WIEN, ÖNB, CVP 4975 f. 5^r-6^r (= W; zur Hs. s.o. Nr. 1009)³⁾; WIEN, Schottenstift, Bibl., Hs. 297 (alt 237) f. 145^v (= S; zur Hs. s.o. Nr. 1074).

Druck und deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I* 280-285 Nr. 76a+b (nach Me).

Erw.: Kropff, *Bibliotheca Mellicensis* 397f.; Berlière, *Chapitres généraux* 65; Vansteenbergh 113; Sigloch, *Johann Schlötpacher* 41, 99; Worstbrock, *Schlötpacher* 745f.; Bruck, *Professbuch des Klosters Melk* 166.

Reverendissime pater. Heret animo meo iam diu quedam scrupulosa dubitatio de actu visitacionis generalis ordinis nostri per nostram provinciam ante annos aliquot facte, cuius vestra reverendissima paternitas institutor fuit et auctor, dans ipsis visitatoribus ad hoc opus deputatis dura et gravia mandata, quorum ipsi executores fideles in singulis monasteriis per eos visitatis cartas reliquerunt, quantum ad generales tradiciones eadem continentes nec inter monasteria tunc reformata et non reformata, quantum ad huiusmodi aliquam differenciam servaverunt. Denique mandata in litteris vestre reverendissime paternitatis ipsis tradita monachis bone et male voluntatis uniformiter promulgaverunt procedentes, uti debuerunt iuxta continenciam eorundem.

Sane inter alia ex litteris eiusmodi ipsi visitandi sub pena excommunicationis late sentencie obligabantur ad plura, quorum unum pre ceteris magis ponderosum eciam tunc reformatis et bonis monachis erat terribile nimisque formidulosum, scilicet, ut omnia et singula, que visitatores eis secundum regulam sui ordinis fieri et observari mandarent vel ordinarent, reverenter acceptarent ac eadem eciam diligenter observarent. Hec ultima clausula, prout verba sonant, si rigorem attendo, est nimis aspera et prorsus intollerabilis propter ea, que in littera secuntur, scilicet quodsi visitandi secus fecerint, tunc inobedientes in premissis et quilibet eorum post trium dierum canonicam ammonicionem ultra penas ordinis sui sentenciam excommunicationis per visitatores debeant declarari incidisse.⁴⁾ Ergo si non fit admonicio neque declaracio, nichilominus inciderunt, quia sentencia in dicta littera prius extitit lata. Et quomodo, si verborum rigor servetur, aliquis a vinculo impropertii huius evadere potest, potuit vel poterit. Quis denique probabiliter non habeat formidare exin graviore se penas incidisse vel cottidie incidere posse, scilicet suspensionem propter illicitam cum aliis in divinis participacionem et insuper irregularitatem propter sacrorum ordinum in dictis penis indebitam execucionem? Taceo de eis, qui mandatorum et ordinationum huiusmodi manifesti, si non contemptores, attamen neglectores et transgressores semper fuerunt et sunt, qui eciam ob id cum nulla possint tergiversacione celari, merito vitandi a ceteris et exsecrandi venirent. Quodsi non et quare non vellem edoceri.

Ecce monachorum status, quam nimis periculosus atque dampnabilis hiis temporibus esse videtur. Preterea de eis, qui formam religiositatis gerunt vere vel apparenter, eciam qui reformati dicuntur et sunt et semper in regulari observancia persistierunt. Numquam feriuntur et ipsi cum ceteris perversis ac rebellibus tam gravibus penis, que in omnes generaliter fulminate sunt. Fitque idem interitus iusti cum impio. Constat enim in cartis visitatorum plura poni, que non semper nec omni loco et tempore aut

1 pater¹⁾: *fehlt* B M₁ M₂. 2 aliquot: aliquos W. 6 huiusmodi: eiusmodi B M₁. 11 singula: singularia M₂. 18 aliquis: *fehlt* Me M₂ W. 24 non²⁾: *fehlt* Me.

30 quolibet casu ut ponuntur observari possunt et que etiam secundum regulam non sunt precepta nec mandata, sed solum consilia, exhortaciones, salutaria monita et instituta et ut sic ad mortalia peccata non obligant de per se nisi in casibus certis.⁵⁾

Exemplum de silencio regulari cottidiano, de labore manuali cottidiano, de lectione regulari cottidiana et de horis ac temporibus taxatis pro quolibet istorum, de quibus etiam singulis nova in cartis ordinacio
35 fit. Sed quia talium non observancia sepe fieri potest etiam sine culpa, videlicet de officialibus, senibus, peregrinantibus etc.

Etiam plerumque fieri potest transgressio vel ommissio ex ignorancia, negligencia, inadvertencia, levitate, societate, tepiditate vel alia consimili ex causa citra contemptum, propter que inmerito quis talem incideret excommunicationem. Suo modo de reliquis in huiusmodi cartis positus, ut scilicet quod
40 tempore estivo semel in septimana ad unam horam habeatur colloquium generale. Si bis fiat, hoc ipsum in una et in duabus vel tribus numquam etc.

Item de punicione eorum, qui frangunt silencium in pluribus casibus sine culpa gravi, si quandoque aliter puniuntur quam traditur in cartis et chirographis, absit quod vestre reverendissime paternitatis mucro hucusque deseuiat, ut velit plurimos perimi, quorum salus per ipsam visitacionem intenta est. Fiat
45 igitur, humiliter obsecro, per benignam interpretacionem ad hec plurima verba responsio brevis fortasse hoc in loco michi et similibus sapientis utendum est verbo: ‚Noli‘, inquit, ‚esse iustus nimium.⁶⁾, Cui alludunt beati Gregorii verba super Ezechielem, dicentis inter cetera: ‚Plerumque iusticia, si modum non habet, in crudelitatem‘ mutatur. Sed ‚vera iusticia est, que se temperancie freno moderatur, ne quis, dum in zelo plus fervet‘ quam debeat, ‚ipsam iusticiam perdat, cuius servare moderamina ignorat.⁷⁾

30 ponuntur: ponitur *B.* 33 de² – cottidiana: *fehlt Me W.* 35 videlicet: ut patet *B M, M₂.* 38 ex: *fehlt B M, M₂.* 43 quod: ut *B.* 47 inter cetera: *fehlt W.* 49 ignorat: *folgt* Responsio domini legati manu propria data (= Nr. 2803) *Me S W R.N.* de Chu(sa) c. *B* Responsio *M.*

¹⁾ *M. Kropff, Bibliotheca Mellicensis 397 (ibm folgen Worstbrock, Bruck, Baum u.a.) datiert 1451 mit Hinweis auf MELK, StB, Hs. 1093. Dort findet sich jedoch keine Zeitangabe. Die Bemerkung ante annos aliquot (Z. 2) setzt einen längeren Zeitraum nach der Ernennung der Visitatoren durch NvK am 3. März 1451 (Nr. 1074) sowie den Abschluss der Visitationen voraus. Terminus post quem ist die Beschwerde des Mönchs von Mariazell (s.o. Nr. 2800 Anm. 3), wo auf den direkten Zusammenhang verwiesen wird: WIEN, ÖNB, CVP 4975 f. 5^r.*

²⁾ *Johann Schlitpacher wird in den uns bekannten Überlieferungen nicht als Verfasser genannt. Erst M. Kropff, Bibliotheca Mellicensis 397 nennt ihn als Verfasser. Dies übernehmen Worstbrock, Schlitpacher 745; Bruck, Profießbuch des Klosters Melk 166 und Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 280. Jedoch lässt sich die Verfasserschaft mit großer Wahrscheinlichkeit aus dem Inhalt erschließen.*

³⁾ *Über dem Text in Anschluss an Nr. 2800: Ad dominum legatum missum super hac re.*

⁴⁾ *S.o. Nr. 1054 Z. 59-64.*

⁵⁾ *S.o. Nr. 1055 Z. 13-16.*

⁶⁾ *Eccl. 7,16.*

⁷⁾ *Gregor der Große, Homiliae in Ezechielem III 8, ed. M. Adriaen (CCSL 142), Turnhout 1971, 37.*